Examined (if not) Express so much (if you) who then was the Ship taken a Ship of Warr or private Man of Ware and how many peices of Ordnance did the Ship then carry and whether were the same then mounted upon carriages in the ffd. Ship and whether during the Chase of the ffd. Ship so taken or before she was taken, were not some of the peices of Ordnance which were then in her thrown overboard (if you) How many declare the Truth herein Et fiat ut Supra./.

16 Item Interrogetur quilibet de verib causis Scientiae sua &c.

Gulielmus Tertius Dei Gratia Anglia, Scotia, Francia, et Hibernia Rex Fidei Defensor &c. Dilecto Nobis Petro Jennings Armigero, Salutem. Cum Dilectus noster Carolus Hedges Miles et Legum Doctor Locumtenens noster Supremae Curiae Admiralitatis nostra Anglia et in dictâ Curiâ et Officialis principalis Commissariusque Generalis et Specialis ac Praesidens et Judex ejusdem Nonnon ad audiendum et terminandum omnes et singulas causas et querelas quoad Naves et Bona jure Reprissaliarum vel belli capta aut seizita specialiter constitutus, ad petitionem Procuratoris nostri Commissionem Tibi fieri ad effectum subsequentem subque modo et formâ infrius describen. Decreverit, Justitiae id poscente Tibi igitur harum serie potestatem concedimus et elargimur ac mandamus quatenus non omittas quin pro quibuscunque bonis rebus mercibus et mercimoniis nonnon pro apparatibus et accessionibus Navium quarumcunque quoque modo pro praeda captis vel seizitis vel impestorum capiendis vel seizandis et ad Maryland et districtus ejusdem aut alios quocunque Portus sive quocunque loca in partibus America vel ad Insulas ejusdem spectantes et pertinentes adductis vel impestorum capiendis vel seizandis quae furto auferri tam e dictis Navibus quam de custodiâ suâ seu Justitiariorum et Ministrorum quorumcunque ad praedictorum bonorum custodiam Depositatorum vel quovismodo subduci contigerit strictam et diligentissimam inquisitionem et indaginem Omnibus viis et modis quibus id legitimè fieri potest facias et fieri cures ac quascunque personas quae ad veritatem in hac parte docendam et eruendam necessarii aut opportuni videbuntur coram Te comparere facias easdemque personas et earum quam libet de et super quibuscunque articulis seu Interrogatoriis prius missis concernentibus et precipue de et super specie signis Judicii Numero — pondere mensura quantitate et qualitate bonorum mercium sive Apparatuum et Accessionum cujuscunque Navium quorum et quae furto auferri vel fraude aliquâ a bosso Tibi constiterit vel suspectum fuerit per te eis proponendis vigore juramenti corporalis earum cuilibet per te respective deferendi Examines et interroges Eorumque Dictas Depositiones in Scriptis fideliter redigi facias ac ubicunque seu in quo-

Jennings Commission out of Court of Admiralty for putting his other Commissions in Question.